

**Rector Universitatis Stud. Rostochiensis Johannes Georgius Dorscheus, D. & Professor Theologus, Ad Exequias Florentissimae Infantulae Annae Catharinae, Biermanns/ Die XXVI. Octob. huius anni in Dn. Jesu Sponto suo pie denatae, Quas Moestissimi parentes, hodie hora 1. in templo Mariano paraturi sund ... Literatos omnium ordinum omnes ... invitat ...**

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746813902>


Druck Freier  Zugang





Dorscheus, J. G.,  
in A. C. Biermann.

R. 1659.

25







138

RECTOR  
UNIVERSITATIS STUD. ROSTO-  
CHIENSIS  
JOHANNES GEORGIVS  
DORSCHKEUS, D. & PRO-  
FESSOR THEOLOGUS,  
AD EXEQVIAS

FLORENTISSIMÆ INFANTULÆ  
ANNÆ CATHARINÆ,  
BERNARDI

XXVI. Octob. hujus anni in Dn. JESU  
Sponso suo pie denatæ,



Quas  
Mœstissimi parentes,  
hodie hora I. in templo Mariano  
paraturi sunt

frequentia ad solatium profutura co-  
honestandas,  
Literatos omnium ordinum omnes & literarum  
fautores, Cives præsertim ACADEMICOS,  
velut  
ad mortalitatis in ipsa etiam vitæ humanæ  
principia favientis exemplar  
peramanter & officiosè invitat atq; cohortatur  
Vitam perennis salutis precatus!

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.  
ANNO M. DC. LIX.

**P**urimum in recessu habet, quod Salvator Orbis accersito ad se tenello infante *Matth. 18, 4.* inter cætera exclamat, ὅστις παινήσῃ ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τῆς ἡγίας ἐστὶν ὁ μέγας ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ἁγγέλων: *Qui se humiliaverit sicut puer hic, ille est Major in regno caelorum.* Proponit Salvator summum bonum, *regnum caelorum.* Non illud imaginarium & vanum, quale tempore adventantis & orbem suo splendore longe lateq; illuminantis Messiae in his etiam terris oriturum & perfectissimè sese diffuturū esse, ex Schola Rabbinica aliqui sibi polliciti sunt. Salvatoris enim regnum de hoc mundo non est, nec mundanis nititur oblectamentis. Sed est sublime illud & beatificum vivendi genus, quo homines calamitates mundi omninò supergressi & extra terrenarum rerum insidias positi in æternitate fruuntur, ubi mortalitatem & omnes seculi injurias deponent, ubi induent immortalitatem & omnem illum ornatum, qui civis tanti regni decet, ubi quicquid infra se altum, pretiosum, desiderabile & amabile quondam visum erat, despicient. & maxima omnia & pulcherrima incomparabiliter minora æstimabunt, quam ut in comparationem coelestium bonorum deduci possint. Hujus regni caelorum initium aliquod intra nos concipitur, cum à mundo separamur & ad sortem filiorum Dei adsciscimur, cū perenni mentis contemplatione Deo unimur, cum ea quæ sursum sunt quærimus partim, partim animo complectimur. In hoc regno caelorum *major* est, qui est. Desideratissima magnitudo est, eximi mortalibus & in hoc regnū collocari. Nulla est in hoc regno circa magnitudinem æmulatio aut contentio. Mortalibus præsentis seculi inest ineptissima illa concupiscentia, quæ maxima est in illis, qui minimi summo jure esse possint. Et sæpe vincit triumphatq; in hoc seculo ista stoliditas, & optimos quosq;, qui se vera probaq; magnitudine manive-

lyunt, con-

runt, conculcat. Nunquam ad regnum justitiæ p̄tinget  
 ista iniquitas. Gradus excellentiæ dotiumq; futuros no-  
 verunt, qui gradus laborum sudorumq; in spiritali mili-  
 tia didicerunt. Nemo interim felici beatitudinis magni-  
 tudine carebit. *Via* ad hanc felicem regni cœlorū magni-  
 tudinem est Ταπείνωσις. Ita Salvatori ipsi ad ἐλάττωσιν in re-  
 gno Patris, in throno gloriæ, in regimine felicissimo o-  
 mnium, in gloriosa implerione omnium, fuit Ταπείνωσις,  
 quæ non rapinā arbitratus est τὴν εἰσαγαγεῖν θεῶν (non n. habuit  
 omnem plenitudinem Deitatis corporaliter ex raptu, si-  
 cut Protoplasti ex raptu voluerunt per eum fructus vetiti  
 fieri sicut Deus, sed ex unione & unctiōne ineffabili &  
 incomparabili.) sed semetipsum exinanivit (eo scil. quod  
 plenissimis radiis ex ipso effulsurum, ineffabiliq; redun-  
 dantia ex ipso emanaturum fuisset, nisi sapientiæ æternæ  
 ordo obstitisset) formam servi accipiens, inq; similitudi-  
 ne hominum abjectissimorum factus & schemate inven-  
 tus ut homo &c. Philipp. 2. 6. 7. 8. Ταπείνωσις hujus in  
 mortalibus *fundamentum* est, FIDES, quæ nihil in se, nihil  
 ex se, nihil per se, nihil à se agnoscit, utut Spiritus Sancti  
 χάρισμα est, quo regni cœlorum gloriā consequantur,  
 sed relictiis omnibus Christum apprehendit, induit se  
 Christo, ornat se Christo, eibat, potat, nutrit se Christo.  
 Hac basi collocata veræ humilitatis omnis apparatus,  
 omnis ornatus consequitur. Qui n. fidem accendit in cor-  
 dibus nostris, qui per fidem descendit in corda nostra, il-  
 le dat velle & perficere. Ex nobis tanquam ex nobis non  
 sumus ἰκανοὶ ad λογισμὸν de insana ista altitudine, in quam  
 vanissimo ausu evolavimus descendere & ad Ταπείνωσιν  
 filiorum Dei pervenire, sed ἰκανότης nostra ex Deo est, 2.  
 Cor. 3, 5. qui & sufficientes nos fecit, ut penetraremus εἰς  
 τὴν μερίδα τῆς κληρονομίας τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί. Col. 1, 12. Ea scili-  
 cet liberalitas est gratiæ divinæ, ut quicquid in nobis sine  
 nobis



bis perficit illa, nos perfecisse dicamur. quia datum nobis  
est. ut perficeremus. Hujus <sup>κατενώσωσ</sup> *vivum exemplar* fuit  
tur à Salvatore in medium <sup>καὶ</sup> *Nov.* Illud considerandum  
proponitur I. tanquam ex se nihil habens, quo ad magni-  
tudinem regni cœlorum eniti aut assurgere queat. Neq;  
n. puellus iste considerandus venit tanquam singularis  
aut incomparabilis alicujus indolis, qua admiranda qua-  
dam celeritate & successu quodam felicissimo seipsum  
nosse & ad <sup>κατενώσωσιν</sup> Deo gratam sistere possit. Obvius  
erat & oblativus, eiq; multitudine puellorum, quos siti-  
bundi deliciarum regni cœlestis parentes, ad Christum  
adventantes, secum adduxerunt. Procul dubio, talis, in  
quem nondum aliqua inquinamenta efficacia corrupti  
mortales invexerunt: talis, qui summa simplicitate acci-  
pit, quicquid divina efficacia imprimatur, qui minimam  
repugnantiam opponit regni cœlorum mediis, valde ali-  
as mortalibus miseris ingratis. 2. tanquam in se ex cœle-  
sti gratia habens regenerationem & jus ad regnum cœlo-  
rum. Planum n. est, quod non fuerit ex gentiliū infanti-  
bus aliquis, qui à regno Dei alienus, extra testamenti divi-  
ni fœderisq; jura positus, inter <sup>τοὺς ἔθνη</sup> collocatus fuerit,  
quem nondam Pharisaismi aut Sadducæismi inquinamen-  
ta à simplicitate fidei abduxerit. Est utiq; talium, quales  
sunt hi infantes, regnum cœlorum. Matth, 19, 14. Oportet  
itaq; infantes illos fuisse illuminatos perfusosq; ineffa-  
bili luce, quam solus Deus novit, quæ solus Deus est; o-  
portet fuisse ereptos ex miserabili statu filiorum mundi  
& translatos in societatem filiorum Dei. In hoc a. debent  
omnes comparari infantibus fidelium ut, simplicissima  
& omnem malitiosam contradictionem respiciente ratio-  
ne regnum cœlorum excipiant. Eleganter Hilarius Pi-  
ctavorum Episcopus in *Matth. b. l.* Non nisi reversos in  
naturam puerorum introire in regnum cœlorum Domi-  
nus

nus docet, id est, per simplicitatem puerilem, vitia corporum nostrorum animæq; revocanda. Pueros a. credentes omnes per audientiæ fidem nuncupavit. Hi n. patrem sequuntur, matrem amant, proximo velle malum nesciunt, curam opum negligunt, non insolescunt. non oderunt, non mentiuntur, dictis credunt, & quod audiunt verum habent. Et hæc omnium affectionum assumta nobis & consuetudo & voluntas, cœlorum iter pervium præstat. Revertendum est igitur ad simplicitatem infantium, quia in ea collocati speciem humilitatis dominicæ circumferemus. Si qui a. in Christi nomine tales recipiunt, Christi recepti præmiū consequuntur. Joh. Chrysostomus *hom. 19. in Matth. ex vers. Aniani*: inquit: Parvulum ætate & quidem mea sententia valde parvulum, qui ab omnibus esset passionibus liber, in medio statuit. Illa n. ætas omni arrogantia, omni gloriæ inanis furore, omni livoris infania, omni contentionis cupiditate, cæterisq; hujus modi affectibus immunis est. Cumq; præcipuis muniatur virtutibus, simplicitatis scilicet & humilitatis, de nulla illarum superbit, ita duplici philosophia armatur. Nā & hæc bona possidet, & nihil sibi propter hæc arrogat. Theophylactus *Comm. b. l.* ait: Cum vidisset Jesus discipulos inanis gloriæ vitio teneri, compressit eos, ostendens illis per puerum fastus expertem humilitatis vitam. Oportet n. in humilitate mentis pueras esse, non sensu pueriles; & innocentia, non insipientia. Venerabilis Beda *Tom. 7. oper. Com. in Matth. b. l.* intelligit eos, qui *instar ætatis parvule simplicitatem sine arrogantia conservant*. Et addit: Qui sicut parvulus læsus non meminit, cernens mulierem non delectatur, & se in exemplum mei humiliaverit, hic intrabit in regnum cœlorum. Anselmus Cantuariensis *Tom. 1. Comm. b. l.* ita paucis: Quandoquidem aliter non intratur, ergo quicumq; humiliaverit se, sicut parvulus iste, qui videns


dens pulchram mulierem, non delectatur, qui non aliud cogitat, & aliud loquitur, intrabit in regnum caelorum, & quanto humilior erit, tanto major efficietur. Male loquitur ad b. l. Johann. Maldonatus, cum ait: *Male quidam ex b. l. colligunt, Apostolos tunc in statu mortalis peccatisuisse, propterea quod dicat Christus, nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvuli &c. quasi tunc tales non essent, ut intrare possent. Nihil n. aliud Christus voluit, quam non posse eos in regnum caelorum intrare, nisi simplicitate & humilitate similes essent pueris, quod non ita intelligendum est quasi omnino equalis in omnibus humilitas atq; simplicitas illi, quae in pueris est, desideraretur. Quis n. in regnum caelorum intraret? Sed proponitur maximum humilitatis exemplum, non ut ad illud omnino perveniamus, sed ut accedamus, quam proxime possumus. Haec Maldonatus. Quicquid a. sit de posteriori, prius quod attinet, satis evidens est, fovisse discipulos Christi somnia de temporali quodam amplissimoq; regno Christi, in quo suavissimo quodam consortio Apostoli caeteris anteposendi essent mortalibus; ubi anxii tñ. fuerunt, quisnam primas praereliquis esset obtenturus & quoto quisq; gradu a Christo abfuturus. Saepius in medium erupit illa Apostolorum peccaminosa & regno caelorum adversaria titillatio; semper a legatione ad humilitatis studium commendatissimum retusa. Cur non & in his verbis eundem agnosceremus affectum. Nos ex hoc responso Christi felicissimum parvulorum statum efficaciter expressum agnoscimus, dum quotquot in Ecclesia Jesu Christi sunt, in regno Ecclesiae militantis esse dicuntur, imò quamdiu in eo statu mentis perseverant, certissimi regni gloriae haeredes asseruntur, nec qualicumq; sed pulcherrimo eminentiq; loco collocantur, & quod longè maximum, quod exemplaria regni gratiae gloriaeq; constituuntur, ad quae universitas fidelium maximorum minimo-*


nimorumq; componi pōssit. Adeò non requiritur ad re-  
gni cœlorum beatificam possessionem, uti quis diu in eo  
fuerit, sed uti bene compositèq; ad illud exemplar, quod  
seipsum nescit, ut Christum habeat. Nam pauci tempo-  
ris infans, qui profunda Jesu Christi *κενώσει & πεπεινώσει* ve-  
stitus est, exemplar esse potest regnum cœlorum adituris,  
& hunc splendorem post se relinquit, cum mox, atq; Chri-  
sto insertus vivere cœpit, moritur. Incomparabile hoc est  
solatium piis parentib; quib; vix datam prolem ex oculis  
subducit inq; meliorem transfert vitam. Contigit hoc in  
amabili lectissimaq; puella nostra ANNA CATHARI-  
NA BIERMANNIA, quæ cū parētes suos honoratis-  
simos delicatis simis ocellis suis primū exhilarasset xx Oct-  
finem etiā respicientis Anni cō loco LIX. & mox Sal-  
vatori suo confœderata esset, summæ isti; rei, quam dixi-  
mus, exemplar fuit. Idq; exactissimè exhibuit, quam diu  
superfuit. Non a. superfuit ultra XXVI. hujus ejusdem  
Octobris diem, quo terris lucere desuit, cœlis fulsura per-  
renniter, quorsum illustria ejusmodi exemplaria magno  
accessu fascipiuntur. Functā est interim officio suo cum  
gloria & ingenti Parentum solatio. Et quidem edita est  
die, quo diximus, XX. Octob. in hanc lucem parentib; 9  
omni laude cumulatis simis. Dn. Parentem namq; adepta  
Virum Clariss. Consultiss. & Excellentiss. HEINRICUM  
Biermann/Licentiatum Utriusq; Juris dignissimum, &  
judicii provincialis Mecklenburgici Advocatum dexter-  
rimum: Matrē, post se turbato mortalitatis ordine relictā  
florentissimā matronam ANNAM ARNOLDI. Avus  
illi; paternus fuit, Vir Spectatissimus & honoratissimus  
HEINRICUS Bierman/Olim Centum vir & Cerevisiari; 9  
Senior apud Stralsundenses æstimatissimus, *δύο ἐν ἀγίοις*.  
Avia paterna fuit, matrona pientissima ANNA Rothen/  
Proavus Paternus fuit Vir grayissimus Dn. P E T R U S  
Dierro


**Siermann** / Officiarius Illustrissimi Principis **JOHAN-**  
**NIS UDALRICI**, Episcopi Osnabrügensis. Avum ma-  
ternum habuit eximium & honoratissimum Virum, Dn.  
**JOHANNEM ARNOLDI**, negotiatorem & cerevi-  
liarium apud nos florentem. Aviam maternam habuit  
emendatissimam matronam **ELISABETHAM Ware-**  
**nesindes**. Proavus illi maternus fuit vir honestissimus,  
**JOACHIMUS ARNOLDI**, civis Rostochiensium  
optimus. His originibus condecorata nostra, cum id præ-  
stitisset, quod unum avidissime omnes præstare debent,  
hoc est, exemplum præbisset regnum cœlorum in sum-  
ma simplicitate suscipiendi, terris ut diximus nobiliori  
sui parte subducta & ad sempiterna delata. Sequiori parti  
nunc iusta facienda, ut in sinum terræ matris condatur,  
usq; dum à meliori parte repetatur. Fiet id ordinatione  
mœstissimorum **PARENTUM**, qui amoris connubialis  
pignus hoc in suo lubentius sinu vivum atq; incolume  
deponere, quàm mortuū terræ cōmendare voluissent. | Fiet  
a. hodie hora I. pomeridiana, in templo Mariano. Ad-  
este igitur **CIVES ACADEMICI**, & præsentia vestra  
numerosa honoratissimis Parentibus estote solatio, de-  
duciteq; hoc corpusculum elegantissimæ infantulæ in  
quietem suam. Affabitur ipsam aliquando & nos omnes  
iudex vivorum & mortuorum, ut reviviscamus. Oti-  
nam cum infante Deum videre & affari nobis  
detur omnibus.

*Per scriptum sub Sigillo Acad. ROSTOCHI  
Anno Chr. c<sup>o</sup> l<sup>o</sup> l<sup>o</sup> LIX. 31. IXbris. Conventus  
fiet in templo Mariano.*













nimorumq; componi possit. Aded  
 gni coelorum beatificam possessor  
 fuerit, sed uti bene compositèq; ad  
 seipsum nescit, ut Christum habea  
 ris infans, qui profunda Jesu Christi  
 stitutus est. exemplar esse potest regnu  
 & hunc splendorem post se relinqui  
 sto infertus vivere coepit, moritur. In  
 solatium piis parentib; quib; vix da  
 subducit inq; meliorem transfert v  
 amabili lectissimaq; puella nostra A  
 NNA BIERMANNIA, quæ cū parē  
 mos delicatissimis ocellis suis prim  
 finem etiam respicientis Anni clo  
 yatori suo confœderata esset, sammi  
 mus, exemplar fuit. Idq; exactissime  
 superfuit. Non a. superfuit ultra X  
 Octobris diem, quo terris lucere des  
 renniter, quorsum illustra ejusmod  
 accessu suscipiuntur. Functæ est in  
 gloria & ingenti Parentum solatio.  
 die, quo diximus, XX. Octob. in h  
 omni laude cumulatisimis. Dn. Par  
 Virum Clariss. Consultiss. & Excellen  
 Biermann/Licentiatum Utriusq; Ju  
 dicii provincialis Mecklenburgic  
 ritum; Matrē, post se turbato morta  
 florentissimā matronam ANNAM  
 illig paternus fuit, Vir Spectatissimu  
 HEINRICUS Bierman/Olim Centu  
 Senior apud Stralsundenses æstimat  
 Avia paterna fuit, matrona pientissi  
 Proavus Paternus fuit Vir grayissim

itur ad re  
 s diu in co  
 lar, quod  
 ci tempo  
 adituris,  
 atq; Chri  
 le hoc est  
 ex oculis  
 git hoc in  
 THARI  
 noratisfr  
 et xx Oct  
 mox Sal  
 nam dixi  
 quam diu  
 ejusdem  
 sura per  
 a magno  
 suo cum  
 edita est  
 parentib;  
 adepta  
 RICUM  
 num, &  
 dexter  
 relicta  
 M. Avus  
 tissimus  
 evitari  
 Bochen/  
 TRUS  
 Diero

